

DE mandato nostri reuerendi admodum patris fratris Stephani Sanchez prouincialis Ordinis S. P. N. Augustini in Hispania, accurate perlegi hos commentarios in Mathæum editos a reuerendo admodum patre magistro fratre Gasparo a Melo Rectore Collegij Vallefoletani. In quibus præterquam quòd nihil repperim sanctæ fidei decretis alienum, aut patrum doctrine dissonum, aut piarum aurium offensiuum: offendi multa plena subtilitate, & pietate. Quæ satis aperte variam & egregiam authoris eruditionem redolent. Quare spero, hoc opus multum fore utilitatis allaturum: tum quia volentibus abditissimos Euangelij sensus eruere, & perfecte callere, viam aperit: tum etiam quia prædicatoribus verbi Dei plurimas considerationes non contemnendas quidē, sed graues, minimeq; vulgares & sæpius obijcit, & passim inuit. Quod his nostris temporibus video fecisse neminem, vt literæ exactam explanationem, cum doctrina morali ad componendos mores valde opportuna, coniunxerit. Quo circa dignissimum opus iudicauit, quod in publicum eaderetur. Datis in Conuentu S. P. N. Augustini Agripinensi, quarto Kalendas Maias. Anno Domini. 1581.

F. Gabriel de
Montoya.

¶ 2 NOS

[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]

[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]